



188548

III 188559 G



188548-188559







*Piotr*  
*Sternbach Miscellanea*  
PIOTR BIEŃKOWSKI  
KRAKÓW

# MISCELLANEA.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH,

---

SEORSUM IMPRESSUM EX COMMENTARIIS SOCIETATIS PHILOLOGAE,  
QUIBUS INSCRIBITUR »Eos«, VOL. IV, P. 55—61.

---

LEOPOLI.  
SUMPTIBUS SOCIETATIS PHILOLOGAE.  
TYPIS E. WINIARZ.  
1897.

188548  
III



Biblioteka Jagiellońska



1002841884

## M I S C E L L A N E A .

Diligenti contemplatione dignus est Laertius Diogenes Prooem. 16  
 καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατέλιπον ὑπομνήματα, οἱ δ' ὅλως οὐ συνέγραψαν, ὡς περ κατὰ  
 τινὰς Σωκράτους, Στίλπων, Φίλιππος, Μενέδημος, Πύρρων, Θεόδωρος, Καρνεάδης,  
 Βρύσων, κατὰ τινὰς Πυθαγόρας, Ἀρίστων ὁ Χῖος, πλὴν ἐπιστολῶν ὀλίγων. Ac  
 primum quidem verba πλὴν ἐπιστολῶν ὀλίγων tantummodo ad Aristonem  
 pertinere colligimus, non ad Pythagoram, quamquam philosophi Samii  
 epistulae feruntur tres ad Anaximenem (Laert. VIII 1, 49 sq.), Hieronem,  
 Telaugem (p. 51 sq. Orelli\*) scriptae. Nimirum eorum sententia com-  
 memoratur, qui Pythagoram nihil scripsisse censuerint\*\*), quod iudicium  
 ipse Laertius et refert et redarguit VIII 1, 6 sqq. ἔνιοι μὲν οὖν Πυθαγόραν  
 μὴδὲ ἐν καταλιπεῖν σύγγραμμά φασι διαπαίζοντες· Ἡράκλειτος γοῦν ὁ φυσικὸς μο-  
 νουουχὶ κέκραγε καὶ φησι (fr. 17 p. 7 Bywater)· Πυθαγόρης Μνησάρχου ἱστορίην  
 ἤσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων· καὶ ἐκλεξάμενος ταύτας τὰς συγγραφαὶς ἐποίησε  
 ἑωυτοῦ σοφίην, πολυμαθητήν, κακοτεχνίην· οὕτω δ' εἶπεν, ἐπειδήπερ ἐναρχόμενος  
 ὁ Πυθαγόρας τοῦ φυσικοῦ συγγράμματος λέγει ὧδε· οὐ μὰ τὸν ἀέρα, τὸν ἀναπνέω,  
 οὐ μὰ τὸ ὕδωρ, τὸ πίνω, οὐ κατὰ τὴν ψόγον περὶ τοῦ λόγου τοῦδε'. Γέγραπται δὲ  
 τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα τρία· παιδευτικόν, πολιτικόν, φυσικόν· τὸ δὲ φερόμενον  
 ὡς Πυθαγόρου Λύσιδος ἐστὶ τοῦ Ταρναντινοῦ Πυθαγορικοῦ φυγόντος εἰς Θήβας καὶ  
 Ἐπαμεινώνδα καθηγησαμένου· φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σω-

\*) Pythagorae et Pythagoreorum quae feruntur Epistolae (1815) p. 51 sq. cf. Westermann, de epistolarum scriptoribus Graecis VII (1855) p. 13.

\*\*) Cf. Josephus c. Apion. I 22, Plutarchus de Alex. fort. I 4 p. 328 A (cl. Vit. Num. 22 p. 74 D), Lucianus „pro lapsu inter salut.“ 5, Galenus de Hippoc. et Plat. I 25 et V 6 vol. XV p. 68 et 478 Kuehn, Porphyrius Vit. Pythag. 57 et Schol. Aristot. p. 7<sup>b</sup>, 10 (Brandis), Davides Schol. Aristot. p. 13<sup>b</sup>, 16 sqq. et 28<sup>a</sup>, 13, Augustinus de cons. evang. I 12, Hieronymus Epist. c. Rufin. III 40 (Patr. Lat. vol. XXIII p. 50 g B Migne), Claudianus Mamertus de statu animae II 3.

τίωνος ἐπιτομῆ (fr. 9 Mueller, *Fragm. Hist. Gr.* vol. III p. 169) γεγραφέναι αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ ὅλου ἐν ἔπεισι· δεύτερον τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ ἀρχή·

ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβασθε μετ' ἡσυχίης τάδε πάντα·

τρίτον περὶ ψυχῆς, τέταρτον περὶ εὐσεβείας, πέμπτον Ἠλοθαλῆ τὸν Ἐπιγόρου τοῦ Κῶου πατέρα, ἕκτον Κρότωνα καὶ ἄλλους· τὸν δὲ μυστικὸν λόγον Ἰππάσου φασὶν εἶναι, γεγραμμένον ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου, πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἄστωνος τοῦ Κροτωνιάτου γραφέντας ἀνάτεθῆναι Πυθαγόρα. Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστόξενος (fr. 2 vol. II p. 272 Mueller) τὰ πλεῖστα τῶν ἡθικῶν δογμάτων λαβεῖν τὸν Πυθαγόραν παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς. Ἴων δ' ὁ Χίος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς (not. ad fr. 12 vol. II p. 50 Muell.) φησὶν αὐτὸν ἕνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα· αὐτοῦ λέγουσι καὶ τοὺς Σκοπίδας (Κοπίδας coni. Diels *Archiv. f. Gesch. d. Philosophie* vol. III, 1889, p. 455). Ex eodem fonte iudicia de Pythagora et de Aristone fluxisse contextus orationis probat: quaestionem vero solvere videtur Laertius VII 2, 163, quiquidem Aristonis Chii scripta persecutus haec adiungat: Παναίτιος δὲ καὶ Σωσικράτης μόνως αὐτοῦ τὰς ἐπιστολάς φασι, τὰ δ' ἄλλα τοῦ περιπληθητικοῦ Ἀρίστωνος. Panaetium enim libro περὶ αἱρέσεων (Laertius II 8, 87) de Pythagora egisse ibique authentiae rationem habuisse admodum verisimile est, praesertim cum de aliorum philosophorum scriptis iudicia ad illud opus redire videantur\*). Sosicratem vero de Pythagora scripsisse disertè testatur Laertius VIII 1, 8 Σωσικράτης δ' ἐν Διαδοχαῖς φησὶν αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίου τυράννου, τίς εἶη, φιλόσοφος εἰπεῖν καὶ τὸν βίον εἰκέναι πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δὲ γε βέλτιστοι ἐρχονται. Θεαταί, οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώεις, ἔφη, φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας Θεραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας. Quodsi illi adnotatiunculae summam doctrinae Pythagoricae ex ipsius Pythagorae libris repetitam subiungi consideramus Laertiumque verbis καὶ τάδε μὲν ὧδε ad argumenta exponenda (§. 9 sq.) progredi reputamus, sponte coniectura se offert totam de Pythagorae scriptis farraginem e Sosicrate manasse eidemque auctori orationis perpetuitate neglecta socordius colloquium Pythagorae cum Leonte Phliasio subreptum esse. Quod quidem falso Mueller voce εἰπεῖν claudit (vol. IV p. 503 n. 17) cf. Cicero *Tuscul.* V 3, 8 sq. omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur, idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit aetatem, quem, ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliun-

\*) Aliter Schmekel, *die Philosophie der mittleren Stoa* (1891) p. 231 sqq. cf. Susemihl, *Geschichte d. griech. Litteratur in der Alexandrinerzeit* vol. II p. 706 sq.

tem ferunt venisse eumque cum Leonte, principe Phliasiorum, docte et copiose disseruisse quaedam. Cuius ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaevisisse ex eo, qua maxime arte confideret; et illum artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. Admiratum Leontem novitatem nominis quaevisisse, quinam essent philosophi et quid inter eos et reliquos interesset; Pythagoram autem respondisse similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate. Nam ut illic alii corporibus exercitati gloriam et nobilitatem coronae peterent, alii emendi aut vendendi quaestu et lucro ducerentur, esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quaerent, sed visendi causa venirent studioseque perspicerent, quid ageretur et quomodo: item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos, alios gloriae servire, alios pecuniae; raros esse quosdam, qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiose intuerentur; hos se appellare sapientiae studiosos, id est enim philosophos, et ut illic liberalissimum esset spectare nihil sibi adquirentem, sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare. — Quem locum transscripsi, ut narrationem Sosicratis ex Heraclide Pontico delibatam esse pateat cf. etiam Laertius Proem. 12 φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος λέγοντι τῶν Σικυονίων τυρόνῳ ἢ Φλιασίων, κατὰ φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός ἐν τῇ περὶ τῆς ἀπνῶς μηδένα γὰρ εἶναι σοφόν [ἀνθρώπων] ἀλλ' ἢ θεόν.

Verba ὡςπερ κατὰ τινος Σωκράτης — Βρύσων e Panaetii scriptis deprompta esse putat Nietzsche Mus. Rhen. vol. XXV (1870), p. 218 sqq. ad Laertii testimonium II 7, 64 provocans: πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοῦς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένης, Ἀισχίνου· διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνος καὶ Εὐκλείδου, τοῦς δὲ ἄλλους ἀναίρει πάντα, — verum enimvero tantum abest, ut disciplinae Socraticae alumnis index noster definiatur, ut praeter Socratem variarum sectarum philosophi servato temporis ordine enumerentur, scilicet Stilpo Megaricus, Philippus Academicus, Menedemus Eretricus, Pyrrho Scepticus, Theodorus Cyrenaeus, Carneades Academicus, Bryso Cynicus. Cadat igitur necesse est Nietzschei commentum (ibid. p. 219 sq.) Ἀρίστιππος pro Φί-

λιππος *requirentis*. Sane Philippi nomen *suspicionem* movet, siquidem Philippus Opuntius in censum venit\*), quem multorum librorum scriptorem fuisse et summa gloria inter mathematicos, astronomos, meteorologos floruisse constat\*\*) cf. Suidas s. v. φιλόσοφος: συνεγράψατο τάδε· περί τῆς ἀποστάσεως ἡλίου καὶ σελήνης, περί Θεῶν β', περί χρόνου ἕν, περί μύθων ἕν, περί ἔλευθερίας α', περί ὀργῆς α', περί ἀνταποδόσεως α', περί Λοκρῶν τῶν Ὀπουντίων, περί ἠδονῆς α', περί ἔρωτος ἕν, περί φίλων καὶ φιλίας α', περί τοῦ γράζειν, περί τοῦ Πλάτωνος\*\*\*), περί ἐκλείψεως σελήνης, περί μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης καὶ γῆς α', περί ἀστραπῶν, περί πλανητῶν, ἀριθμητικά, περί πολυγόνων ἀριθμῶν, ὀπτικῶν β', ἐνοπτικῶν β', κυκλιακὰ, μεσότητης καὶ ἄλλα. — Nec magis Philisci nomen, qui inter Stilponem et Menedemum, si temporum ratio spectatur, suum locum tenet, in deliberationem cadere potest propter Suidae testimonium s. v. Φιλίσκος: ἔγραψε διαλόγους, ὧν ἔστι· Κόδρος cf. etiam Laertius VI 2, 80 (de Diogene Cynico) τα τε τραγωδίαρά φησιν ὁ Σάτυρος (fr. 17 vol. III p. 164 Mueller) Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνώριμου τοῦ Διογένους, cui opinioni suffragatur Iulianus Or. VI p. 181 C et VII p. 210 C et 212 A, contradicit Favorinus (fr. 35 vol. III p. 583) apud Laertium VI 2, 73 δῆλον ἐν τῷ Θυέστη πειεῖ, εἴ γ' αὐτοῦ αἱ τραγωδίαί καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου ἢ Πισσιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ (Ἐρετρικοῦ Wilamowitz, Antigonos von Karystos p. 142 n. 13<sup>a</sup>, Λουσιάτου Roeper Philol. vol. III p. 62), ὃν φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ μετὰ τὴν τελευταίην αὐτοῦ συγγράψαι. — Ex mea quidem sententia Menippi Cynici nomen delitescit, quiquidem a Laertio recte

\*) Cogitari non potest de Philippo Prusiensi Stoico, qui apud Plutarchum colloquii persona est *Quaest. Conviv. VII 7 et 8*; historicis adnumerandus est Philippus Megaricus, cuius sententiam de Stilpone Laertius II 11, 113 sq. ad verbum expressam laudat: παρὰ μὲν γὰρ Θεοφράστου Μητροδώρων τὸν Σειωρητικὸν καὶ Τιμαγόραν τὸν Γελῶν ἀπέσπασε, παρ' Ἀριστοτέλους δὲ τοῦ Κυρηναίου Κλειταρχὸν καὶ Σιμῖαν· ἀπὸ δὲ τῶν διαλεκτικῶν Παιώνειον μὲν ἀπ' Ἀριστείδου, Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν Εὐφάντου καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐξαίνετου παραγενομένους ὡς ἐλέγχοντας ἀμφοτέρους ζηλωτὰς ἔσχε· χωρὶς τοίνυν τούτων Φρασίδημον μὲν τὸν περιπατητικὸν καὶ φυσικῶν ἐμπειροῦν ὄντα προσηγάγετο καὶ τὸν ἠητορικὸν Ἄλκιμον, ἀπάντων πρωτεύοντα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἡτηρῶν, Κράτητὰ τε καὶ ἄλλους πλείστους ὄσους ἐθήρασε· καὶ δὲ καὶ Ζήνωνα τὸν Φοῖνικα μετὰ τούτων ἀφείλετο. Quo loco perverse § 14 inde a χωρὶς iam Laertii verba significari putant editores.

\*\*) Cf. A. Boeckh, *Über die vierjährigen Sonnenkreise der Alten* (1863) p. 34 sqq.

\*\*\*) Cf. Laertius III 37 ἐνίοι τέ φασιν, ὅτι Φίλιππος ὁ Ὀπουντίος τοὺς νόμους αὐτοῦ (scil. τοῦ Πλάτωνος) μετέγραψεν ὄντας ἐν κηροῦ· τούτου δὲ καὶ τὴν Ἐπινομιδα φασὶν εἶναι, Suidas s. v. φιλόσοφος: ὅς τοὺς Πλάτωνος Νόμους διεῖλεν εἰς βιβλία ἰβ'· τὸ γὰρ ιγ' αὐτὸς προσεθεῖναι λέγεται. Recte inter Platonis discipulos recensetur apud Laertium III 46; eundem etiam Socratis fuisse auditorem falso adserit Suidas s. v. φιλόσοφος cf. Praetorius, de legibus Platonis a Philippo Opuntio retractatis (1884) p. 5, ubi coniectura Ἐλκεοάτης commendatur.

ante Menedemum (VI 8) ponatur cf. Nietzsche Mus. Rhen. vol. XXIV (1869) p. 193 et Beiträge zur Quellenkunde des Diogenes Laertius (1870) p. 32. Sane Laertius VI 8, 101 tredecim opuscula ad eundem auctorem refert, attamen ibidem § 100 habes: ἔνιοι δὲ τὰ βιβλία' αὐτοῦ οὐκ εἶναι, ἀλλὰ (Τίμωνος καὶ non recte Fritzsche Proleg. in Lucian. vol. II 2 p. XL inserit) Διονυσίου καὶ Ζωπύρου τοῦ Κολοφωνίου, οἱ τοῦ παλῖν ἐνεκα συγγράφοντες ἐδίδουσαν αὐτῷ ὡς εὖ δυναμένῳ διαφῆσαι. Quae memoria ad Hermippum videtur redire cf. fr. 39 (vol. III p. 45 Mueller) apud Laertium VI 8, 99 φησὶ δ' Ἐρμιππος ἡμεροδαναιστὴν αὐτὸν γεγενῆσθαι καὶ καλεῖσθαι καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν καὶ ἐξεγεχυριάζειν, ὥστε πάμπλειστα χρήματα ἀφροῖζειν.

Minus recte apud Plutarchum de liber. educ. 8 p. 5 F ὅγε μὴ πόλεμος χειμᾶρῶν δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφῆρων μόνην οὐ δύναται παιδεῖν παρελῆσθαι Duebner φέρων pro παραφῆρων edidit cf. de audiendo 7 p. 41 C τὰ πηδῆματα τῶν παρόντων συνεκπλήττει τὸν ἄπειρον ἀχροατὴν καὶ νέον ὡς περ ὑπὸ ρεύματος παραφῆρομένον, de defectu orac. 39 p. 432 A τοῦ χρόνου κατὰ περ ρεύματος ἕκαστα παραφῆροντος, Vit. Timol. 28, 8 p. 250 B πολλοὺς δ' ὁ ποταμὸς τοῖς ἔτι περαιουμένοις συμπύπτοντας ἐμβάλλων καὶ παραφῆρων ἀπόλλυε cl. Diodoro Siculo XIV 115, 1, XVII 55, 4, XVIII 35, 1 (et 6), Luciano Hermet. 86 et Timon. 44, Appiano Bell. Hannibal. 7, Marco Antonino XII 4, Herodiano VIII 4, 7. Imo σύρων in παραφῆρων mutaverim Diodorum Siculum secutus XVII 55, 4 ἡ δὲ τοῦ ρεύματος ἐξῆτης πολλοὺς τῶν διαβαινόντων παρέσυρε καὶ τὴν βίασιν τῶν σκελῶν παρηρέϊτο, τό τε ρεῦμα τοῖς ὄπλοις ἐμπύπτον πολλοὺς τε παρέφερε καὶ τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις περιέβαλλεν. Simili ratione Anna Comnena Praef. p. 3 (Schopen) dixit ῥέων ὁ χρόνος ἀνάσσει καὶ αἰεὶ τι κινούμενος παρασύρει πάντα καὶ παραφέρει πάντα τὰ ἐν γενέσει cf. praeterea de verbi παρασύρειν usu et proprio et translato Fab. Aesop. 296 p. 145 (Halm) παρασύρεις ὑπὸ τοῦ ρεύματος ἀπεπνίγεται, Epictetus Diss. IV 9, 14 ὡς ὑπὸ ρεύματος παρασύρησιν, Cassius Dio LXXVIII 25 ὁ Τίβερις — εἰσέβαλεν, ὥστε καὶ ἀνθρώπους παρασύρησαι, Libanius vol. I. p. 76 D (Morell.) οὐχ οὕτω χειμᾶρῶν παρασύρει τὴν γεωργίαν, Basilium Homil. ad Divit. 5 (Patr. Gr. vol. XXXI p. 293 B) ὡς περ οἱ ποταμοὶ ... ἀνυπόστατον λαβόντες τὴν αὔξησιν τῷ βίαιῳ τῆς φορᾶς τὸ ἐνιστάμενον παρασύρουσι, Iouannes Chrysostomus Homil. 35 vol. II p. 596 E κατὰ περ γὰρ χειμᾶρῶν σοφοῶς ἐπελθῶν ἅπαντα παρασύρει καὶ ἀπόλλυσι, — Aristophanes Equ. 526 sqq. εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὅς πολλῶν ῥέουσας ποτ' ἐπαίνω | διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει καὶ τῆς στάσεως παρασύρων | ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἔχθρους προθελύμνους, Lucianus Nigr. 16 (de voluptate) ὑφ' ἧς δὴ ῥεούσης ἀνάψατε καὶ Σολερῶν ῥεύματα: πᾶσαι μὲν ἀνευρόνονται ὀδοὶ — παρασύρεται: δὲ τῆς ψυχῆς ὑποκλυζομένης πάντοθεν αἰθῶς καὶ ἀρετῆ

καὶ δικαιοσύνη, Longinus περὶ ὕψους 32, 4 (de metaphora) τῷ ῥοθίῳ τῆς φορᾶς ταυτὶ πέφυκεν ἅπαντα τᾶλλα παρασύρειν καὶ προωθεῖν (I. προωθεῖν), Basil. Homil. in Arios 5 (Patr. Gr. vol. XXXI p. 453 C) παρασυρόμενον δὲ αἰεὶ καὶ κατακλυζόμενον τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ εἴνου.

Apud Plutarchum Coniug. Praec. 10 p. 139 C οὐκ ὁρῶς Ἡρόδοτος εἶπεν, ὅτι ἡ γυνὴ ἄμα τῷ χιτῶνι ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ citra necessitatem Bernardakis συνεκδύεται aut ἐκδυομένη συνεκδύεται: pro ἐκδύεται: reposcit. Herodoti quidem locus I 8 ἄμα δὲ κίτῶνι ἐκδυομένη συνεκδύεται: καὶ τὴν αἰδῶ γυνὴ alteram lectionem videtur confirmare, sed Plutarchus sententiam respiciens verbis quae scripta sunt ipsis non semper uti solet, id quod alia eiusdem dicti mentio optime confirmat: de audiendo 1 p. 37 D κατὰ περ Ἡρόδοτος φησιν ἄμα τῷ χιτῶνι συνεκδύεσθαι τὴν αἰδῶ τὰς γυναικᾶς. Nec tamen verba modo laudata scripturae συνεκδύεται: testimonium adferunt, siquidem ad sententiam, non ad verbum auctorem commemorans post ἄμα in simplicitate ἐκδύεται: bene adquiescere poterat. Certe adquiescunt auctores, qui gemellum apophthegma ad Theano, Pythagorae filiam, referunt, scilicet Laertius Diogenes VIII 43 τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλοῦσα πορεύεσθαι: παρήκει ἄμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεισθαι ἀνιστρεμένην τε πάλιν ἄμα αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν et Gnom. Vindob.\*) 175 Θεανῶ παρακλεῖσθαι\*\*) ἄμα τοῖς ἱματίοις καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεισθαι τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα βαδίζουσαν, περιβαλλομένην δὲ πάλιν κομίζεσθαι: cf. etiam Clemens Alexandrinus Paedag. III 5 p. 273 Pott. αἰεὶ δὲ ἀποδυσάμενα: ἄμα τῷ χιτῶνι καὶ τὴν αἰδῶ φαίνεσθαι μὲν βούλονται καλαί.

Interpretis munere fungens aenigma proponit Apostolius XIV 42 (Paroemiogr. Gr. vol. II ed. Leutsch) πολυπόδος κεφαλῆ ἔνι μὲν κακόν, ἐν δὲ καὶ ἐσθλόν διότι ἐστὶ μὲν αὐτῷ ἐδώδιμος ἢ κεφαλῆ, ἐστὶ δ' αὐτῷ καὶ ὁ πρωκτός, cum perspicue falsa sit sententia: ἐστὶ δ' αὐτῷ καὶ ὁ πρωκτός. Ex quo effici cogique potest paroemiographum e fonte non puro hausisse scripturaeque vitium Apostolio, cum aliorum sapientiam compilaret, fucum fecisse. In rectam viam codicum BV memoria (cf. adnotatio critica ad Diogenian. VII 76 p. 299 vol. II) παρῶσον ἐστὶ μὲν αὐτοῦ ἢ κεφαλῆ ἐδώδιμος, ἔνεστι δὲ αὐτῇ καὶ ὁ πρωκτός inducit, archetypum vero, a quo omnia apographa deciderunt, lectio διότι ἐστὶ μὲν αὐτοῦ ἐδώδιμος ἢ κεφαλῆ, ἔνεστι δ' αὐτῇ καὶ ὁρμη ἔρωτος exprimere videtur. De polyo Veneris stimulo testis est Athenaeus VII p. 316 C (unde sua sumpsit Eustathius Thessaloni-

\*) Die Wiener Apophthegmen Sammlung herausgegeben und besprochen von Curt Wachsmuth (1882).

\*\*) Hanc lectionem in codice repperi, non πεκελεύσατο.

censis ad Homeri Od. 5, 432 p. 1541, 31) Διοκλῆς δ' ἐν α' Ὑγιεινῶν 'τὰ δὲ μαλάκια' φησὶ 'πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια' μάλιστα δὲ οἱ πουλύποδες' et VIII p. 356 E ὁ δὲ πῶλυς συνεργεῖ μὲν ἀφροδισίοις — ἐμφανίζει δὲ καὶ Ἄλεξις ἐν Παμφίλῃ τοῦ πολύποδος τὸ χρῆσιμον λέγων ὧδε (fr. 170 vol. II p. 360 Kock):

ἐρῶντι δέ, Κτήσων, τί μᾶλλον συμφέρει,  
ὦν νῦν φέρων πάρεμι; κήρυκας, κτένας,  
βολβούς, μέγαν τε πουλύποουν ἰχθύς S' ἄδρους, —

adde etiam Xenarchum fr. 1, 7 sqq. (vol. II p. 467 K.)

μάτην δὲ πόντου κυανέαις δίναις τραφεῖς  
φλεβὸς τροπωτῆρ πολύπους, ἀλοὺς βρόχων  
πλεκταῖς ἀνάγκαις, τῆς τροχηλάτου κόρης  
πίμπλησι λοπάδος σταθροσώματος κύτος

cum Iacobsii nota ad App. Plan. XVI 261, 4 vol. VII p. 86. — De locutione ὄρμη ἔρωτος cf. Aristoteles H. A. VI 29, 4 p. 578<sup>b</sup> 33 διὰ τὴν ὄρμη ἴν τὴν τῶν ἀφροδισίων, — Empedocles 261 (Mullach) ἠπιόρρων φιλότητος ἀμειφῆος ἀμβροτος ὄρμη, Incertus A. P. IX 362, 16 εὐναίων δάρων βεβηρημένος ὄρμη cl. Musaeo 91 καὶ κραδίη πάφλαζεν ἀνικήτου πυρὸς ὄρμη. — Ceterum ipsius proverbii aliam interpretationem adiungit Apostolius: οἱ δὲ φασὶ τὴν παροιμίαν λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ὄντων συμμίκτων καὶ μετεχόντων κακότητος καὶ ἀγαθότητος· τοῦ γὰρ πολύποδος ἡ κεφαλὴ ζῶσα μὲν δάκνει τοὺς προσιόντας, θανοῦσα δὲ ἐστὶν ἐδώδιμος, quam quidem Diogenianus VII 76 agnoscit; aliter Plutarchus 'de audiendis poetis' 1 p. 15 BC πουλύποδος κεφαλῆ ἔνι μὲν κκόν, ἐν δὲ καὶ ἐσθλόν, ὅτι βρωθῆναι μὲν ἐστὶν ἡδιστος, δυσόνειρον δ' ὕπνον ποιεῖ φαντασίας ταραχώδεις καὶ ἀλλοκότους δεχόμενον, ὡς λέγουσιν et Quaest. Conviv. VIII n. 10, 1 p. 734 F ὅτι δ' ἐστὶ τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις\*) καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος, ὧν ἀπέχεσθαι κελεύσει τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὄνειρων μαντικῆς.

D. Cracoviae.

Leo Sternbach.

\*) Hinc Pythagoricis interdictum fuisse, ne faba vescerentur, docent Apollonius Hist. Mirab. 46 (Paradoxogr. p. 114 Westerm.), Cicero de divin. I 29, 62 (quem laudat Gellius N. A. IV 11), Plinius H. N. XVIII 118, Tertullianus de anima 48. Quam sententiam impugnat Clemens Alexandrinus Strom. III 4, 24 p. 521 Pott; alias causas ipse Plutarchus adponit de educ. puer. 17 p. 12 E., Quaest. Rom. 95 p. 286 DE, Quaest. Conviv. II 3, 1 p. 635 F, VIII 8, 2 p. 729 A.









